

Gavius hic

[**quem dico**,]

Consanus,

[**cum** (in illo numero civium Romanorum) (ab isto) (in vincla) **conjectus esset**

[**et** nescio qua ratione clam (e lautumiis) **profugisset**]

[Messanamque **venisset**]

[**qui** tam prope jam Italiam et moenia Reginorum, civium Romanorum, **videret**]

[**et** (ex illo metu mortis ac tenebris) quasi luce libertatis et odore aliquo legum recreatus **revixisset**,]

loqui Messanae et **queri** **coepit**

[se civem Romanum (in vincla) **conjectum[esse]**,]

[sibi recta iter **esse** Romam,]

[Verri se praesto advenienti **futurum [esse]**.]

Non **intellegebat** miser

[nihil **interesse**]

[**utrum** haec Messanae **an** (apud istum) (in praetorio) **loqueretur** ;

nam,

[**ut** antea vos **docui**,]

hanc sibi iste urbem **delegerat**

[**quam haberet** adjutricem scelerum, furtorum receptricem, flagitiorum omnium consciam.]

Itaque (ad magistratum Mamertinum) statim **deducitur** Gavius,

(eoque ipso die) casu Messanam Verres **venit**.

Res (ad eum) **defertur**,

[**esse** civem Romanum]

[**qui**

[se Syracusis (in lautumiis) **fuisse**

quereretur] ;

[quem jam ingredientem (in navem) et Verri nimis atrociter minitantem (ab se) **retractum esse**]

[et **adservatum [esse]**,]

[**ut** ipse (in eum) **statueret**]

[**quod videretur**.]

Agit hominibus gratias

et eorum benivolentiam (erga se) diligentiamque **conlaudat**.

Ipse inflammatus scelere et furore (in forum) **venit**;
ardebant oculi,
(toto ex ore) crudelitas **eminebat**.

Exspectabant omnes

[**quo** tandem **progressurus** [esset]]

[aut **quidnam** **acturus** esset.]

[**cum** repente

[hominem **proripi**] [atque (in foro medio) **nudari**] [ac **deligari**] [et virgas **expediri**
jubet.]

Clamabat ille miser

[se civem **esse** Romanum, municipem Consanum] ;

meruisse (cum L. Raecio, splendidissimo equite Romano),]

[**qui** Panhormi **negotiaretur**,]

[(ex **quo**) haec Verres **scire** posset.]

Tum iste **dixit**,

[se **comperisse**]

[eum (speculandi causa) (in Siciliam) (a ducibus fugitivorum) **esse missum** ;]

cujus rei neque index neque vestigium aliquod neque suspicio cuiquam **esset** ulla ;

deinde **jubet**

[undique hominem vehementissime **verberari**.]

Caedebatur virgis (in medio foro Messanae) civis Romanus, iudices,

[**cum** interea nullus gemitus, nulla vox alia illius miseri

(inter dolorem crepitumque plagarum) **audiebatur** nisi haec,]

« Civis Romanus **sum** ».

Hac se commemoratione civitatis

[omnia verbera **depulsurum** [esse]]

[cruciatumque (a corpore) **dejecturum** [esse]]

arbitrabatur;

is non modo hoc non **perfecit**

[**ut** virgarum vim **deprecaretur**.]

sed

[**cum** **imploraret** saepius]

[**usurparet**que nomen civitatis,]
crux, - crux, [**inquam**], - infelici et aerumnoso,
[**qui** numquam istam pestem **viderat**,]
comparabatur.

O nomen dulce libertatis !
o jus eximium nostrae civitatis !
o lex Porcia legesque Semproniae !
o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas !

Hucine tandem haec omnia **reciderunt**
[**ut** civis Romanus (in provincia populi Romani), (in oppido foederatorum),]
[(ab eo)
[**qui** beneficio populi Romani fascēs et securēs **haberet**,]
deligatus (in foro) virgis **caederetur** ?]

Quid ?
[**cum** ignes ardentēque laminae ceterique cruciatus **admovebantur**,]
[**si** te illius acerba imploratio et vox miserabilis non **inhibebat**,]

ne civium quidem Romanorum
[**qui** tum **aderant**]
fletu et gemitu maximo **commovebare**?

(In crucem) tu **agere ausus es** quemquam
[**qui**
[se civem Romanum **esse**]
diceret ?